



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

47 Privilegium datum ad eundum, intelligitur datum etiam admorandum,  
& redeundum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

assuoc pecuniis tantum, aut assassini officio utentes, vel ob particularem inimitiam impetentes aliquem deferentem vitualia, merces, & similia alicui particulari personæ ad vendendum, vel donandum, non incidunt in Bullam Cœnæ Domini, ut per Sayr. *eodem capit. 12. numer. 4.*

44 Nonò † incurrunt vexantes in curia Romana morantes, aut venientes ad eam, vel ab ea recedentes, seu eos aliorum opera interficientes, mutilantes, spoliantes, capientes, detinentes, ut per eandem Bull. num. 9. & de quibus per Navar. *eodem cap. 21. num. 65.* & nomine curiæ non intelligitur Roma, seu cives Romani, sed Sedes, & curia Apostolica; adeò ut oporteat, quòd personæ offensæ vadant ad Sedem Apostolicam, aut ab illa recedant, seu in curia morentur, ratione, & intuitu negotiorum in curia agendorum, ut per Cajet. *in verb. excommunicatio, c. 14.* Navar. *eodem nu. 65.* & Card. Toler. *in expositione ejusdem Bul. § 7. dub. 1.* Ad incurrendum autem dictam pœnam requiritur, quòd offensa sequatur in personam accedentem, vel commorantem in curia, seu ab ea recedentem negotiorum, & non alia de causa: nec incurrit, qui in rixa aliquem occidit, vel offendit, ut per Navar. *ubi supra* & Sayr. *eodem lib. 3. c. 13. num. 3.*

45 Appellatione enim morantium in curia, dicuntur curiales, qui ratione curiæ Pontificiæ Romæ sunt, vel alibi cum ipsa curia aliò migrante, sive mediatè, sive im-

46 *municatio, & Tol. eodem lib. 1. cap. 25. vers. aliud dubium.*

46 Decimò eandem † pœnam incurrunt vexantes Romipetas, seu peregrinos ad Urbem devotionis, seu peregrinationis causa accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem, ut in ead. Bull. Cœn. Domini nu. 9. Tolet. *eod. c. 25. ver. excommunicatio decima, & Sayr. d. lib. 3. cap. 14. nu. 1. & 2.* Et ad dictam excommunicationem incurrendam, requiritur, ut offensus sit Romipeta, vel peregrinus, & accedat ad Urbem Romam, ad visitandam limina Apostolorum, non autem causa curiositatis, licet postea incidenter Apostolorum limina visitet: & quòd offendens probabiliter sciat, offensum tendere Romam causa devotionis, ut per Navar. *eod. cap. 27. n. 66.* & Grass. *decis. aur. cap. 18. nu. 114. par. 1. lib. 4.* eandemque pœnam incurrunt offendentes stantes, vel redeantes.

47 Quia † privilegium datum ad eundem, intelligitur datum etiam ad morandum, & redeundum. *cap. quia diversitatem in si. ext. de concess. prab. cap. statutum. §. profereudo. de rescrip. in. 6. & Grass. eod. n. 114.* Fuerunt enim etiam ab antiquo Romipetæ privilegiati, ita quòd illos offendentes excommunicationis sententia innovabantur, ut *cap. si quis Romipetas. 24. quest. 3.*

48 Undecimò, † offendentes sanctæ R. E. Cardinales, Sedis Apostolicæ legatos, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Nuncios, aut eos à suis dicecesibus, territorijs, terris, seu dominij, ejicientes, eaque mandantes, vel rata haben-